sciat illum esse nocentem, si tamen secundum allegata est reus tolij est puniendus; quia quamlibet sint rationes pro foro externo, iudex attendere debet ad rationes in foro externo, et non fori interioris, sicut e contrario confessarius attendit ad forum internum, et etiam ad rationes fori interni, vel dicendum est de duobus testibus vel quasi talibus, ut fuerunt duae meretrices litigantes de infante coram Salomone, nisi enim Salomon potuisset colligere propriam matrem ex hoc, quod una voluerit dividi infantem, altera non, adpotuisset externe uni infantem pro altera adjudicare, hinc ut exploraret propriam matrem, vel eiusdem viscera commoveat, simulavit in re dubia infantem dividendum, et utrique dimidium eiusdem tribuendum.

Z 90. Notabis 4: saepe contingere, ut quidem aequales rationes adsint, ut quis non possit se resolvere, sicut usque in statera, si aequale pondus utrique bilanci pariter imponatur; idem docet Aristoteles, quod si cani famelico duo pabula eiusdem rationis et in eadem distantia ponerentur, tunc canis ad nullum moveretur, sed potius fame periret. Hoc idem Spedina recenset de aliquo amente, qui duo poma volebat, verum quia utrumque erat in aequali distantia, ad nullum se poterat movere, donec ad unum propius fuerat admotus: in his inquam rebus, non solum ad libertatem attendendum est, sed etiam ad voluntatem, adeoque in his casibus verum quidem est, quod ex parte libertatis sita sit aequalitas, utique facile se non possit resolvere, poterit tamen esse inaequalitas ex parte voluntatis, dum sibi hoc potest apprehendere, hoc libentius

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
© Universitätsbibliothek Heidelberg
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/salVIII66/0256
gefördert durch Baden-Württemberg